



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Titvli Capitvlorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

CAPITVLA INCERTI AVCTORIS, Anno
CHRISTI
....
LOCI, ET TEMPORIS, AD ECCLESIAE
regimen congeſta.

TITVLI CAPITVLORVM.

Ex manu-
ſcripto col-
legii Cor-
poris Chri-
ſti Cantabr.

- | | |
|---|---|
| <p>I. De munere & dignitate sacer-
dotum.</p> <p>II. Quod sacerdotes debent orationi
& lectioni incumbere.</p> <p>III. Quod vacantes opificium exer-
ceant manuale.</p> <p>IV. Ad Synodum venientes quid
ſecum ferent.</p> <p>V. Vt panis, vinum & aqua in
Miſſa ſint mundiſſima.</p> <p>VI. Vt femina ad altare in celebra-
tione non accedant.</p> <p>VII. Vt ſacerdos ſolus non celebret.</p> <p>VIII. Vt nihil non ſanctum ponatur
in eccleſiis: non meſſes, non
ſenum, &c.</p> <p>IX. De non ſepeliendo in eccleſiis,
&c.</p> <p>X. Vt in eccleſiis non ſint vanilo-
quia, &c.</p> <p>XI. Vt Miſſa non celebretur niſi
in loco ſacro.</p> <p>XII. Vt femina non habitet cum
ſacerdote.</p> <p>XIII. Vt ſacerdos ebrietatem &
tabernas fugiat, & inordinata
etiam conuiuia.</p> <p>XIV. Vt ſacerdotes aliorum paro-
chianos ad ſe non alliciant ob con-
trahendas decimas.</p> <p>XV. Vt ſacerdos alterius clericum
non ſubducatur.</p> <p>XVI. De preſbytero qui dato mu-
nere alterius eccleſiam ambierit.</p> <p>XVII. Vt nullus preſbyter agro-
tantem paruulum recuſet bapti-
zare.</p> <p>XVIII. Vaſa ſacra non proſa-
nanda.</p> | <p>XIX. De ſcholis in eccleſiis.</p> <p>XX. Vt preſbyteri per villas ſcho-
las habeant, & gratis paruulos
doceant.</p> <p>XXI. De vita ſanctius inſtituen-
da precepta plurima.</p> <p>XXII. De oratione dominica &
ſymbolo diſcendis.</p> <p>XXIII. De mane & veſpere o-
rando.</p> <p>XXIV. De die dominica cautius
celebranda.</p> <p>XXV. De ſuſcipiendis hoſpitibus
ſine munere.</p> <p>XXVI. De periurio.</p> <p>XXVII. De falſo testimonio.</p> <p>XXVIII. Vt ſacerdos quilibet mo-
do aliquo plebem doceat.</p> <p>XXIX. De formula orandi.</p> <p>XXX. De eodem, & de confeſſione.</p> <p>XXXI. De peccatis in confeſſione
enumerandis.</p> <p>XXXII. Vt opera caritatis quiſ-
que faciat, & quonam modo
fient.</p> <p>XXXIII. De mutuis parentum &
liberorum officiis.</p> <p>XXXIV. De vera caritate.</p> <p>XXXV. Vt decima & eleemoſyna
tam ex negotiatione debeantur
quam e fructibus.</p> <p>XXXVI. Vt in hebdomada ante
quadageſimam confeſſiones &
penitentiae fiant, &c.</p> <p>XXXVII. De obſeruatione qua-
drageſimae.</p> <p>XXXVIII. Vt ieiunantium ci-
bus pratermiſſus pauperibus ero-
getur.</p> |
|---|---|

- | | |
|---|--|
| XXXIX. <i>Vt ieiunium non soluat
tur ante vesperas.</i> | <i>inio remittendis.</i> |
| XL. <i>A quibus rebus & quomodo
abstinendum sit.</i> | XLIII. <i>Vt coniuges inuicem se
iam abstineant.</i> |
| XLI. <i>De crebra corporis & san-
guinis Domini susceptione in
quadagesima.</i> | XLIV. <i>Vt populus excitetur ad
crebram corporis & sanguinis
Domini susceptionem, &c.</i> |
| XLII. <i>De litibus & debitis in ie-
iunio remittendis.</i> | XLV. <i>Vt Missa publica non of-
ficiat peculiaris.</i> |

P R Æ F A T I O.

OBSEURO vos, fratres dilectissimi, vt erga subditarum plebium profectum & emendationem vigilantissima cura laboretis; qualiter illis viam salutis ostendentes, & eos verbis & exemplis instruentes, & vos de eorum profectu, & nos de vestra fidei agro, Domino nostro Iesu Christo auxiliante, fructuosos illi manipulos reportemus. Obsecro etiam fraternitatem vestram, vt hæc capitula, quæ ad emendationem vitæ breuiter digessi, assidue legatis, & memoriæ vestræ commendetis. Et bonorum operum cultibus, siue sanctarum scripturarum lectionibus componatis vitam, & emendetis, & cum subditis plebibus, opitulante Domino, ad regna cælestia pergere certetis.

C A P I T V L A.

I.

Veraciter nosse debetis, & semper meminisse, quibus regendarum animarum cura commissa est: & pro his qui negligentia nostra pereunt, rationem reddituri sumus; pro his vero, quos verbis & exemplis lucrati fuerimus, præmium æternæ vitæ percipiemus: nobis enim a Domino dictum est: *Vos estis sal terræ.* Quod si populus fidelis cibus est Dei, eiusdem cibi condimentum nos sumus. Scitote vestrum gradum esse nostro gradui secundum, & pene coniunctum esse. Sicut enim episcopi apostolorum in ecclesia, ita nimirum presbyteri ceterorum discipulorum Domini vicem tenent; & illi tenent gradum summi pontificis Aaron; isti vero filiorum eius: vnde oportet nos memores esse tantæ dignitatis, memores vestræ consecrationis, memores sacræ, quam in manibus suscepistis, vntionis; vt nec vos ab eadem dignitate